

Deus^a tibi multiplices transmittat ab ethere grates,
Quod me torpentem evigilare cupis.

- 5 Deus^a te septenis faciat splendescere donis,
Impleat et sensus Spiritus ipse tuos.
Discendi studio tecum comitetur in omni,
Ut bona queque probes atque inhianter ames.
Det tibi corporeum dominus Deus^a ipse vigorem
10 Virtutesque animę inserat ipse tuę,
In quibus ęternum possis cognoscere patrem
Et valeas fidus filius esse suus.
Ast ego te iuvenem iuvenilia membra gerentem
Intus perfectum opto^b valere virum.

In denselben Kreis kleiner Denkmale St. Gallischen Schullebens gehört ein namenlos überlieferter Dialog zwischen Lehrer und Schüler an einem Ferientage, den v. Winterfeld im Herbst 1899 in Zürich aus der ehemals St. Gallischen Hs. C 129, fol. 101' der Stadtbibliothek abgeschrieben hat und den er hier angereiht wünschte. Auch dieser Dialog mag wohl von Notker sein, mit dessen ganzer Art er durchaus übereinstimmen würde. Dass Notker das Kunstmittel des Dialogs wohl vertraut war, zeigt seine Vita S. Galli. Im übrigen vergleicht W. Meyer passend als Vorbild den in St. Gallen überlieferten Dositheus.

En, carissime *ΑΙΗΛΦΟC*, habes, quod sepius exclamando et cogitando petisti; nunc perspice, quid agere debeamus.

Δ. Quid aliud, domine *ΕΠΙCΤΑΤΗC*, quam ut ponam catinum, afferam oleum et sinapi, perferam^c fabas et cucurbitas, quaeram et in olla, si quid habeat quod stomachum confortet. Valde enim fatigatus es, et non solum tu scribendo, sed et ego lassus sum in exclamando.

Μ. Gratias deo refero quod rauce facte sunt fauces tuae, modo enim aliquantulum requiescam.

Δ. Quomodo enim requiescis? hoc tibi post longum temporis spatium infligo; sed mercedem tui laboris statue: scio enim domino dicente, dignum fore operarium mercede sua.

Μ. Est utique dignum, ut ais, quia et auceps aliquantulum de avibus quos^d capit vivit, eo modo et piscator ceterique artifices: unusquisque de suo ingenio vivit et pro-

a) 'Ds' cod.

b) 'p' über 'b' cod.

c) Vielleicht 'proferam'.

d) So die Hs.